UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Possesorib[us] qui in vrbe Co[n]st.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX V.

VOlemus. Cubiculariȷ̃ etiam dignitate depoſita
cum vadunt extra vrbem poterunt vti
cingulo ſue dignitatis.

De primicerio, & ſecundicerio et notarijs. Rub. VII,

LEX I.

PRecipua. Notariȷ̃ principis, licet ſene-
ctute depoſuerint officium,
aut maiorem dignitatem fuerint adepti, non ob
hoc notariorum nomen perdunt, ſed ⁊ notarioꝝ,
⁊ dignitatis ſue retinent priuilegiū, nec poſſunt
eſſe diſcuſſores, aut perequatores, aut ſimilem di-
gnitatem cum adminiſtratione habere. contra facientes puniun
1 tur h. d. ¶ † Eſt hec lex optimum argumentum ad ſtatutum di-
ſponens, quod ille qui appellatur notarius, non poſſit eſſe decu-
rio. ⁊ ſi aliquis fuit ſemel in matricula notariorum deſcriptus, ſi
poſtea ſe faciat deleri, non tamen propter hoc poterit eſſe decu-
rio. hoc dicit.

LEX II.

PReclaram. Primiceriȷ̃ vltra biennium in
officio militare non coguntur,
⁊ ſi a palatio per vnum annum ſe abſentauerint, vnum
gradum militie perdunt, ſi per triennium, tres, ſi per
quadriennium, quatuor, ſi per quinquennium, primiceriorum or
dine non vtuntur. ⁊ licet ob abſentiā, quinquenniȷ̃ ab officio ſint
remoti, tamen ordine diſcuſſorum ⁊ perequatorum non grauan-
tur, ⁊ inter eos prerogatiua temporis eſt habenda que nulla po-
teſt rõne celari. ⁊ hoc officio finito ad offm̃ magiſtri officioꝝ ſunt
1 aſſumendi. h. d. ¶ † In text. ibi, nobilem que militiā. Nota quod
appellat nobilem eſſe militiam notariorum principis, ⁊ ideo licet
in aliȷ̃s notariȷ̃s ſit, vt eorum officium vile reputetur, vt no. in l. v-
niuerſos. §. de decur. tamē ſecus eſt in notariȷ̃s principis, per hāc
2 legem. ¶ † In gl. ibi. geminant penam. eſt argumentum dicens, ꝙ
qui percuſſit aliquem in domo habitationis, puniatur in manu,
quod ſi percuſſerit bis, puniatur in ambabus manibus, per hanc
gl. ⁊ l. nemo. hic alle. ⁊ hoc verum, niſi in ſtatuto diceretur de ma-
nu dextra vel ſiniſtra, cum quis non poſſit habere niſi vnam dex-
a tram vel ſiniſtram. de quo dixi[a] in l. nunquam. ff. de priua. delic.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod no. Bar. in l. vulgaris. de fur. ⁊ dixi poſt
Bar. in l. nunquam plura. in margine.

Vt dignitatum ordo ſeruetur. Rub. VIII.

LEX I.

a **SI quis indebitum.** [a] Vſurpans ſcien-
ter honorē ſibi in
debitum, crimine ſacrilegiȷ̃ punitur. h. d. Poteſt tamen in
telligi lex quod electione de ſe facta non vendicaret ſibi locum pe
na huius legis, vt §. ſi ſeruus aut liber. l. ij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde ea que no. Bar. in l. reddantur. de profeſ. ⁊ me-
dic. li. x. ⁊ in l. j. §. de dignita. in ver. ſequitur in diffinitione illata.
Lud. intelligit iſtum tex. procedere in eo qui accuſauit locum of-
ficiȷ̃. quia bene punitur pena, de qua hic. Sed vbi quis occuparet
locum maioris, puta in ſedendo. vel ambulando. quia tunc puni-
tur pena, quia debet poni in loco viliori, ⁊ priuari loco aſſumpto.
c. precipimus. lxiij. diſt. ita no. Ro. in litera. m. no. xxiij.

LEX II.

OMnes. Habentes dignitatem cū adminiſtra
tione preferuntur habentibus eandē
ſine adminiſtratione, poſtea qui dignitatem habent ſo
lam, ⁊ adminiſtrationem depoſuerunt, ⁊ hi habere di-
cuntur dignitatem vacantē, poſtea illi quibus dignitas cum ad
miniſtratione committitur, quarto illi, quibus dignitas a Prin-
cipe conceditur in prouincia ſine adminiſtratione, ⁊ hi honora-
riȷ̃ appellantur, quinto hi, quibus illuſtris dignitas ſine admini-
ſtratione committitur. ¶ Item adminiſtrationem habentes pre
feruntur vacantibus. ¶ Item vacantes preferuntur honorariȷ̃s
in ſimili dignitate conſtitutis, non in diſpari, ⁊ prefectus vacans
prefertur prefecto honorario, non autem queſtorius prefecto ho
norario. ¶ Item non debet appellari vacans, ſi habenti dignita
tem poſtea conceditur adminiſtratio. h. d.

De magiſtris ſacrorum ſcriniorum. Rub. IX.

LEX VNICA.

VIris ſpectabilibus. Magiſtri no
tariorum ma
gne curie, etiam dignitate finita vna cum eorum filiȷ̃s,
a grauamine priuato ⁊ publico ſunt immunes, ⁊ penā
grauem imponit contra eos, qui compelluntur munus ſubire. h.
d. ⁊ durat priuilegium. Concord. ſunt in gl.

De Comitibus conſiſtorianis. Rub. X.

LEX I.

EOs. Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in
principis conſiſtorio, ⁊ proconſulibus adequant.

De comitibus et tribunis ſcholarum. Rub. XI.

LEX VNICA.

PRepoſitos. Prepoſiti ſcolarium, id eſt, illo
rum, qui ſunt per Principem
ad aliquod officium deputati, principem adorare poſ-
ſunt, inter quos etiā palatini numerantur ſi eis fuerit
data primi ordinis comitiua cum adminiſtratione, depoſito offi-
cio ſi non aſpirauerint ad maiorem dignitatem, pares ſunt comi
tibus Egypti, ⁊ dioceſis Pontice. Aliȷ̃ vero milites ſoluta militia
numerantur inter eos qui fuerunt prouinciarum duces.

De comitibus rei militaris. Rub. XII.

LEX I.

QVi contemplatione. Miſ-
ſus ob
ſuam probitatem ad partes tranſmarinas cuſto-
diendas, illis dignitatū inſigniȷ̃s adornatur qui
bus proconſules. h. d. † Nota iſtam legem pro il-
lis Capitaneis guerre, qui per Papam vel Prin
cipem mittuntur vltra mare ad expugnandum ſarracenos, quia
quo ad dignitatem ſunt pares proconſulibus.

LEX II.

EOs qui. Miſſus principaliter ad defendendum
aliquam ciuitatem, vel prouinciam ci-
tra mare ſimilis eſt. duci adminiſtranti aliquam prouin-
1 ciam, excepto duce Pontice, ⁊ Egypti. h. d. ¶ Nota iſtam legem
pro illis qui deputantur ad cuſtodiendas ciuitates per Papam
vel per principem, quia ſunt ſimiles ducibus, ⁊ poſſunt ciuitatē
defendere, quemadmodum duces.

De Comitibus et archiatris ſacri palatij. Rub. XIII.

LEX VNICA.

ARchiatros. Archiatri, id eſt, militan
tes inermi militia intra
palatium Principis, ſi primi gradus militiam ob
tinuerint. eam dignitatem adipiſcuntur, quam du
ces, ⁊ vicariȷ̃ Principis, qui militiam adminiſtra
uerunt. ⁊ etiam Comites primi ordinis. h. d. † No
1 ta hanc legem pro medico Pape vel Principis, vt hac dignita-
tate fungantur.

ADDITIO.

¶ Idem eſt in notario principis in l. j. §. de mand. prin. Bal. c. de
feudo guardie.

De comitibus qui prouincias regunt. Rub. XIIII.

LEX VNICA.

EOs. Comites qui gubernauerunt prouinciam, de-
poſito officio priuilegiȷ̃s dignitatis vicarie fun
guntur.

De profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitana docen
tes ex lege meruerunt comitatiuam. Rub. XV.

LEX VNICA.

GRammaticos. Grammatici, ⁊ Sophi-
ſte, ⁊ Iuriſperiti, qui p
viginti annos ſcientiam docuerunt in Conſtantinopo-
litana ciuitate, per illius ciuitatis certum in arte do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cēdi eſtimādi ſunt digni ea dignitate,qua fungūtur vicarŭ Prin
1 cipis.h.d.† No.hanc legem pro doctoribus,qui legunt in ciuitate
Perusij nam gaudebunt priuilegio huius legis,cum hec ciuitas
habeat priuilegium ſtudij, prout ciuitas Conſtantinopolitana,
2 Item no.† quod ſi aliquis approbatur,debet iudicari dignus per
cetum doctorum,⁊ cetu hoc iudicante debet eſtimari dign⁹.† Ulti
mo no.gl.hic poſitam,quod nouem doctores debent eſſe in appro
bando vnum doctorem.Ciuitas tamen Peruſij habet priuilegiū
b quod ſufficiant quatuor[a] excepto preſentante.[b]

ADDITIONES.

a ¶Quod ſufficiant quatuor.Sunt ⁊ alie vniuerſitates que pari
vtuntur priuilegio.de quibus dixi poſt Iac.Rebuf.in l.vna.nu.
j.in ver. ter examinaretur.ſupra de athletis.lib.x.
b ¶Adde quod ſi doctores collegij dāt fabas reprobatorias ſcho
lari per odiū,⁊ non iuſte ⁊ cancellarius ſiue notarius collegij hoc
videat ſolum per odiū,ipſe ſolus poteſt approbare ſcholarē. Ita
dixit Inn.in c.ex literis.de cōſti.qui alle. Io.de Lignano,plus di
xit Abb.in c.cauſam.de offi.dele.quod ſi ſcholaris habet aliquē
doctorē de collegio,ſuſpectū poteſt talis ſcholaris ire ad Recto-
rem,⁊ ei proponere cauſam ſuſpicionis,qua ſuſpicione docta po-
teſt Rector prohibere talem doctorem ne ingrediatur examen.

De ſilentiarijs & decurionibus eorum. Rub.XVI.

LEX I.

Decuriones. Poſt depoſitum decuriona
tus officium decurio poteſt
eligere vtrum velit eſſe magiſter officiorum domeſtico
rum.vel Comes,⁊ poteſtatem Principis adorandi ha
bet,⁊ ſalutandi adminiſtratores ipſius.

LEX II.

Vnuſquiſque. Deccurio ⁊ ſilētiarius a tyro
nijs eorumque preſtatione ha
betur immunis,nec preſtare cogitur collectas extraordi
narias,que neceſſario imponuntur.h.d.

LEX III.

a Decurionibus.[a] Priuilegia data decu-
rionibus ⁊ ſilentiarijs per
hanc l.confirmantur,⁊ eis conſeruantur,licet ad maiorem
aſcenderint dignitatem,nec eis preiudicatur in hoc per aliquod
generale vel ſpeciale ſtatutum, vel reſcriptum diſponens contra-
rium. Itē a muneribus hic deſcriptis ſunt immunes.Hoc tamē
priuilegium habebunt tres decuriones,⁊ xxx.ſenatores,⁊ ita de-
mum ſi per xiij.cōtinuos annos peregerint inculpatum officium
eorum,⁊ ſi decuriones ſenatores fuerint electi, immunitatem ha-
bent,⁊ honore curie ſine functiōe letant̄ cū quieti traditi fuerint
⁊ iudex predicta non obſeruans decē libris auri mulctabit̄.h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Iſtum tex.alle.Bal.in l.fi.§.ſi contra ius vel vti.pu-
bli.⁊ Ang.concordat Bar.⁊ gl.de eo quod dicit clauſula genera
li. De hac.gl.cum tex.exclamat Ro.in l.hac conſultiſſima.§.qui
teſt.facere poſſ.⁊ in l.ſi vero.§.de viro.ſol.ma.in fallētia de publica
vtilitate.Bal.in l.placet.de ſacroſ.ec.⁊ in l.j.de nouo Codi.cōpo.
⁊ in l.dotalem.§.de teſt.mili.⁊ in l.ſi cum mili.ff.de dolo,⁊ in auth.
habita.ne filius pro patre,⁊ in c.j.§.ſanctum. quo tempore miles
inueſt.petere debeat.

LEX IIII.

Ne ad diuerſa. Silentiarij ⁊ eorum vxores ci
uiliter,⁊ criminaliter ſunt cō
ueniendi coram magiſtro officiorum.h.d.

LEX V.

2 ☞ Acquiſitum a doctore aduocato, vel aſſeſſore, eſt eius pro-
prium,⁊ peculium caſtrenſe dicitur.
3 Donatum p patrem filio in eius doctoratu eſt proprium filij,ve-
lut peculium caſtrenſe.

Iubemus. Silentiarij in poteſtate conſtituti,
quicquid acquirūt,retinent tanquā
caſtrenſe peculium nec eis per parētes auferri poteſt,nec
poſt parentum obitum fratribus conferre tenentur,nec etiā tenē
tur conferre fratribus illud quod parentes,vel alij donauerūt ra
tione militie ſupra dicte. Itē excuſantur a tutelis ⁊ curis,⁊ filij eo
rum inuiti ad preturam non vocantur.Et per hanc l.non deroga
1 tur priuilegijs eis datis.h.d.† No.hic caſum expreſſum, ꝙ filius
militās inermi militia,illud quod acquirit ratiōe dicte militie,ap
pellatur peculium quaſi caſtrenſe,adeo quod ipſum ſibi retinere
pōt inuito patre,nec tenetur conferre fratribus poſt mortem pa
2 tris. † Et ſic videtur hic caſus qd ſi filius doctor,vel aduocatus
vel etiā aſſeſſor,illud ꝙ acquirit in tali militia militando,ſibi reti-
neat precipuum,tanquam caſtrenſe peculium,adeo quod non te
netur conferre ipſum fratribus poſt mortem patris. Pro quo fa
3 cit l.fori.§.de aduo.diuer.iud.† Ultimo hec hec lex eſt optimū ar,
ꝙ ſi pater filio doctorādo multa fecit encenia,aut etiā alij conſan
guinei,quod illa omnia encenia filius doctorandus retinet,velut
caſtrenſe peculium,⁊ patri vſuſfructus nō queritur,nec etiā tene
tur poſt mortem patris diuidere inter fratres per viam collatio-
4 nis.† An autem pater,qui miſit filium ad ſtudium , teneatur ei e-
a mere libros. Dic vt no.per gl.§.ad Mace.l.Macedoniani[a].

ADDITIO.

a ¶L.Macedoniani.Et ibidem Bal.⁊ Do.limita tamen ſi filius
ſit boni ingenij,non aliter,vt per Bal.ibi per l.Stichum.de le.iij.

De domeſticis,& protectorib. Rub.XVII.

LEX I.

Domeſtici. Domeſtici,⁊ protectores pricipis
ſalutantes vicarios,⁊ prefectū,ip
ſos oſculari poſſunt,ac etiam omnes reuerentiam debent
adhibere.

LEX II.

Primicerius. Primicerij domeſticorum,⁊
protectorum funguntur di
gnitate ſpectabili,alij ſubſequentes in gradu poſt ipſum
vſque ad numerum decē inter clariſſimos numerantur,ita tamē
quod qui prior eſt in loco prior ſit in ordine,h.d.

LEX III.

a Si quis.[a] Domeſticus vel protector,qui ſine licen
tia Principis ſe abſentauit a curia, non
ex cauſa Reipublice ſi per biennium abſens fuerit, poni
debet poſt quintum in ordine,ipſorum.ſi triennio in x.gradu po
natur,ſi quadriennio,loco nouiſſimo erit habendus,ſi quinquen
nio,ſpoliandus erit a cingulo.h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Bar,in l.aut facta.§.tempus.ff.de pe.alleg.iſtū tex.
in l.ij.j.de primipi.quod matricula extinguitur quinquennio,an
ſi quis de nouo petat matriculari,debet iterum ſoluere, vel ſuffi-
ciat prima ſolutio.Tex.eſt quod ſufficiat prima in l.pe.in fi.de cō
ſul.quem tex.allegat Bar.in conſilio,quod inci.ſcholaris ſoluit
matriculā,vt refert ⁊ ſequitur Ro.no.xxxiij.in litera,m.Et hanc
l.Bar.alle.l.pe.de teſt.mili.

LEX IIII.

1 ☞ Heres officialis decedentis in officio,debet habere ſalarium
totius temporis,non autem temporis ſubſequentis.

Lege. Si domeſticus vel protector ante finitum offi-
cium deceſſerit, eius ſalarium totius anni , ac
etiā ſubſequētis heres percipiet.h.d.⁊ eſt mirabile in iſto
officiali,vt ſi decedat durāte officio,heres eius debeat habere ſa-
1 lariū totius tēporis,⁊ etiā vnius anni ſubſequētis.¶† In alijs
autem officialibus non reperitur hoc cautum,ſed heres eius de-
bet habere ſalarium totius temporis,non autem temporis ſubſe
quentis,vt j.tit.ij.l.ſi quis in ſacris.⁊ §.de aduo. diuer.iu. l.poſt
duos.§.fi.⁊ de primice.l.ij.⁊ de agen.in re.l.iij. ⁊ facit etiam quod
a no.ff.de aſſeſ.l.diem functo.[a] Et hoc no.pro heredibus aſſeſſorū
decedentium in officio,vt petere poſſint a poteſtate ſalarium to-
b tius temporis ſemeſtris,vel totius anni.[b]

ADDITIONES.

a ¶L.diem functo. Et ibi vide que ad hanc materiam habentur
per Paul.
b ALEX. ¶Adde ꝙ idem tenuit Bal.Ray.Alber.Ang.⁊ Bal.
poſt gl.in l.diē functo.ff.de offi.aſſeſ.facit l.j.§.diuus.in ratiōe ſui.
ff.de var.⁊ extraor.cogn.Et iſta eſt vera opi.licet Cy.in addi.Iac.
But.in d.l.diem.voluerit contrarium,vt ibi habes per do.Mar.
Lau.⁊ Bal.in c.j.quis dicatur Dux,vel Marchio.fuit ſecutus
opi.Cy.Sed quid in officiali,cum eſt paratus ingredi ciuitatem
in officio ſi deceſſit in itinere,an debebitur ſalariū heredib⁹? bal.
in d.c.j.concludit quod non.Quod limita,niſi miſiſſet alium loco
ſui,per §.prohibemus.auth.de collat.⁊ voluit Bart.in d.l.diem
functo.Adde tamen quod licet non debeatur hoc caſu heredib⁹
debent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN